BERNARDUS CLARAEVALLENSIS
Österreich, 2. Hälfte 12. Jh. Seite 113v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26134
Copyright: Admont, Benediktinerstift



neplacitus odor ascendat. cui mox tam copiosa et glosa remunera
tione responsu est. Ceterum illa non ingrata beneficii fuit. Audi enim
quomodo mox repleta deuotione. parat se ad omnia mala perferenda pro
nomine eius. Nam sequitur. fasciculus mirre dilectus meus michi. inter
uberba mea comorabitur. Infirmitas mea non me sinit ultius progredi. hoc
solum dico quod tribulationum amaritudines. sub mirre nomine dicit se
subire paratam amore dilecti. Reliquum capituli alias prosequemur. si tamen
exoratus a uobis spiritus sanctus affuerit qui nos intelligere faciat uerba
sponse que ipse inspirando formauit. sic nouit illius cuius ipse spiritus est
laudibus conuenire. sponsi ecclesie ihesu xpi domini nostri. Qui est benedictus
in secula.

f
XXXXIII

Fasciculus mirre dilectus meus michi. inter
uberba mea comorabitur. Ante rex. modo dilectus. ante in accubitu
regio. modo inter sponse uberba. Magna humilitatis uirtus. cui etiam
deitatis maiestas tam facile se inclinat. Cito reuerentie nomen in uoca
bulum amicicie mutatum est. et qui longe erat in breui factus est prope. fasci
culus mirre dilectus meus michi. Mirra amara res. dura et aspera tribulationum
significat. Ea sibi dilecti causa inminere prospiciens. gratulabunda id lo
quitur. confidens se omnia uirilitur subituram. Ibant inquit apostoli gaudentes
a conspectu concilii. quoniam digni habiti sunt pro nomine ihesu contumeliam
pati. Propterea denique non fascem sed fasciculum dilectum dicit. quod leue pro amore
ipsius ducat quicquid laboris inmineat et doloris. Bene fasciculus. quia par
uulus natus est nobis. Bene fasciculus. quia non sunt condigne passiones
huius temporis. ad futuram gloriam que reuelabitur in nobis. Id enim inquit
quod in presenti est momentaneum et leue tribulationis nostre. super modum in sub
limitate eternum pondus glorie operatur in nobis. Erit ergo quandoque nobis
ingens cumulus glorie. qui modo est fasciculus mirre. An non fasciculus. cuius
iugum suaue et onus leue. Non quia leue in se. nec enim leuis passionis
asperitas mortis amaritudo. sed leuis tamen amanti. Et ideo non ait tan
tum fasciculus mirre dilectus meus. sed michi inquit quem diligo fasciculus est. Vnde
et dilectum nominat. monstrans dilectionis uim omnem amaritudi
num superare molestiam. et quia fortis est ut mors dilectio. et ut scias non in
se illam sed in domino gloriari. neque de propria uirtute. sed de domini adiutorio

BIBLIOTHECA ADMONTENSIS